

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Meletema Hoc Theologicum De Electione Formali Et Finali Aliusque In Loco De Electione Occurrentibus Logomachiis

Pfaff, Christoph Matthaeus

Tubingae, 1722

VD18 12312150

[urn:nbn:de:bsz:31-130253](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130253)



60 A 2691,1

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

657/23

QUOD DEUS BENE VERTAT!
MELETEMA HOC THEOLOGICUM
DE

ELECTIONE FORMALI ET FINALI

ALIISQUE IN LOCO DE ELECTIONE
OCCURRENTIBUS LOGOMACHIIS

P R Æ S I D E

CHRISTOPHORO MATTHÆO
PFAFFIO,

SERENISSIMI WIRTEMBERGIÆ DUCIS CONSILIARIO,
S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARIO,
ACAD. TUBING. CANCELLARIO
ET ECCLESIAE PRÆPOSITO

ad diem VII. Augusti

*IN AULA NOVA
DEFENDET*

M. CHRISTOPHORUS DIETERICUS
KELLERUS, Tubingensis,

sacrarum literarum Studiosus in illustri Stipendio.

T U B I N G Æ

excudebat Vidua JO. CUNRADI REISII
A. MDCCXXII.

...
MELIEMA HIC THEOLOGICUM
DE
RECESSIONE
FORMALI
ET FINALI
ALPHONSI FODOR RECTORIS
CURIAE LUGDUNENSIS
PRAEFATIO
CHRISTOPHORO MATHHEO
SACRAMENTUM VITAE ET SANGUINIS CONSACRATIO
AUSPICIIS ACADEMIAE LUGDUNENSIS
LUGDUNI BATAVORUM
MDCCLXXII



Est
creditor
stinavit.

No
enim,
univers
plexus
nam *
luntate
vit mil
verò se
dinata e
citur, el
definit

* Vi



Aphorismus I.

DE electione formali & finali synoptice acturis, quid electio hinc nobis sit, ante omnia exponendum est.

Aph. 2.

Est itaque nobis electio decretum voluntatis divinae, quo credituros in Christum ad gloriam æternam ab æterno prædestinavit.

Aph. 3.

Non ergò nobis sermo hinc est de electione universali. Hæc enim, cum juxta mentem orthodoxorum nihil aliud sit quàm universalis ille amor, quo Deus genus humanum lapsum complexus est, nec ad voluntatem Dei decernentem strictè sic dictam * pertinet, nec intuitu fidei prævisæ facta est, sed ad voluntatem Dei antecedentem spectat, quæ, prout primò involvit misericordiam divinam erga omnes homines, absoluta, prout verò secundò implicat voluntatem eos salvandi, ad lætæ fidei ordinata est. Atque hæc electio, quæ universalis orthodoxis dicitur, electio ad gratiam est, non ad gloriam, indefinita est, non definita, generalis, non specialis.

A

Aph. 4.

* Vide JO. MUSÆUM de æterno electionis decreto p. 203.

Aph. 4.

Ubi verò hic de electione universali in sensu orthodoxo sumpta loquimur, quæ prima electionis illius pars est, quam Formula Concordiæ describit *, sollicitè monemus, nos eam electionem universalem haud statuere, quam SAMUEL HUBERUS ** statuit. Scilicet sententia antiquiorum Theologorum & Wirtenbergicorum *** & Saxoniorum ** ** & Rostochiensium **** à sententiâ Huberianâ mirificè distat. Quod ut penitiùs constet, rem dicemus paucis.

Aph. 5.

Etenim HUBERUS 1. electionem statuit universalem in Christo factam absque intuitu fidei 2. exclusâ omni electione particulari *** ** 3. excluso omni reprobationis à Deo factæ decreto

-
- * Ita sanè & HAFENREFFERUS noster in locis Theologicis.
 - ** HUBERUS hic nunquam fuit Theologiæ Professor Tubingensis, uti existimat celeberrimus D. HOTTINGERUS in *diff. iren.* p. 31. sed Pastor in vicino pago Derendingensi, ad Professionem Theologicam Wittebergensem dein promotus.
 - *** BRENTII, HAFENREFFERI, THUMMII, OSIANDRI, aliorum. Adde Acta Huberiana P. 2. p. 68. sqq. 118. sqq. ubi tamen subinde hæc electio saltem improprie talis vel latè talis esse dicitur. Descendere tamen à Theologis laudatis ex recentioribus videmus MICH. MÜLLERUM, qui in compendio Theol. Aphor. p. 262. 263. Eph. I. de electione universali non explicat.
 - **** Vide Apologiam Visitat. Saxon. citatam in Actis Huberianis P. I. p. 104. 105. P. 2. p. 95. ubi & consensus Theologorum Rostochiensium adducitur, & THUMMII Misanthropiam Calvinianam p. 82. Adde LEONH. HUTTERUM in loc. Theol. f. 804. 805. & in explic. Form. Conc. p. 1117. ubi & hic electionem universalem statuit.
 - ***** in epist. ad Wittebergenses. Vide eadem acta Huberiana loco citato.
 - ***** Hinc HUBERUS electionem particularem vocavit eine ver-zweiffelte Stümpel-Wahl und Pelagianische Chimæram, ein particula-

decreto, addens 4. electionem particularem nihil aliud esse, quàm actum hominis gratiam universalem sibi applicantis, 5. scripturæ haud consonam esse *φρασιν*, quâ dicatur, credentes ad vitam eligi, 6. voluntatem divinam universalem subverti electione particulari & contradictorias sic in Deo voluntates poni, 7. descriptionem electionis in Form. Conc. exstantem non de æterno consilio sed tantum de eventu temporali, non de acquisitione electionis sed de applicatione loqui. 8. esse enim actu omnes homines juxta absolutum Dei decretum in numero electorum, justificatorum, regeneritorum, sanctificatorum, glorificatorum, è quorum numero maxima pars hominum per incredulitatem se iterum excludat & nomina ista amittat. Qui verò Christum fide amplectantur, solos retinere ista nomina. 9. Hinc electionem, justificationem, regenerationem, sanctificationem, glorificationem esse universales quoad decretum Dei absolutum & quoad acquisitionem, in eo saltem versari particularitatem, quòd omnes sibi hæc bona acquisita & oblata non applicent. 10. Nullum dari reprobationis decretum, sed homines per incredulitatem semet ipsos reprobare & damnare. 11. Licet enim omnes sint *ἐκλεγμένοι*, tamen paucos esse *ἐκλεκτός*. Illud respicere acquisitionem, hoc applicationem. 12. Omnes enim promissiones divinas esse universales, nullam particularem & specialem. Adjecit præterea HUBERUS 13. creationem esse medium electionis universalis executivum 14. omnes hypocritas in baptismo regenerari sed ad judicium suum, quod dein ita explicavit, eos regenerari saltem quoad oblationem & acquisitionem, 15. omnibus hominibus esse remissa peccata, & specialem remissionem non esse actum Dei sed hominis, remissionem uni-

A 2

versa-

cularisch und Calvinisch Raupen-Nest und Teuffelsbrut, abyssum desperationis, horrendam totius Evangelii abnegationem, ipsiusque defensores Erz-Calvinisten, einen feurneuen Calvinischen Teuffel &c. & qui alii ipsius sosculi sunt, miseri, quo laboravit, ingenii testes.

versalem fidei sibi applicantis, 16. omnes homines esse adoptatos in filios & hæredes Dei absque consideratione fidei, 17. omnes esse & sanctificatos & specialem sanctificationem esse actum saltem hominis, universalem sanctificationem sibi per fidem applicantis, non Dei. 18. Ita & cum salvatione & glorificatione rem se habere. 19. Deum non reprobare & damnare homines, cum 20. ille mortem peccatoris velle non possit ullo modo, neque per voluntatem antecedentem neque per consequentem, utpote, quæ distinctio & ipsa nulla sit. Ex quibus omnibus facillè patet, quantum inter sententiam Theologorum Wirtenbergicorum & errorem Huberianum sit discrimen.

Aph. 6.

Quicquid autem hujus sit & quantumcunque fuerit HUBERI hallucinatio, cum tamen confusis saltem ideis indulgisse videatur &, quæ de universalitate dicit, ad acquisitionem saltem restringat, sunt, qui existiment, in verbis ipsum saltem errasse. Ita sanè, quod mireris, JO. FECHTIUS, Theologus Rostochiensis celebratissimus hanc litem Huberianam de *vocalibus tantummodo* fuisse asseruit, * his insuper verbis additis: *Vix fidem inveniet apud posteros, quantis insectationibus utraque pars scripta sua repleverit, quo furore in alterutrum fuerint debauchati, in quod incendium verbalis hæc scintilla excreverit. Ist hæc nempe certaminum non necessariorum sunt commoda, isti animorum militarium, iram, bellum, prælia potius, quam modestiam Theologicam & salutarem inter Christianos pacem spirantium fructus. ** Unde & porro ait: controversiam hanc totam nominalem esse & cum larvis hinc pugnatum fuisse. *** Quod & alibi reperit his verbis: *Quamquam S. Huberus voluntatem antecedentem cum electione confuderit, adeoque in sententiâ ipsâ NIHIL dixerit**

ANA-

* in apparatu ad epistolas Marbachianas p. 268.

** ibid. p. 270. Quam verò aurea hæc sunt verba, quam sancta, quam pia, quam digna Theologo! *** p. 273.

*ANALOGIÆ FIDEI ADVERSUM, locutio tamen, tanquam
formæ sanorum verborum è diametro adversa tolerari nullo modo de-
bebat. Hæc FECHTIUS, * eum quo & sic sentiunt alii, alio
loco à nobis allegandi. *** Aph. 7.

Ubi supra electionem universalem orthodoxo sensu ac-
ceptam diximus esse electionem ad gratiam, non ad gloriam,
paucis monemus, nos hanc distinctionem nonnisi orthodoxo
sensu admittere. Scilicet electio ad gratiam nobis est gratia
universalis. Aliàs & electio ad gratiam est gratia vocationis,
quæ itidem universalis est. Vocari & sic solet electio formalis,
de quâ mox loquemur. Tùm verò hæc distinctio prorsus ad-
mitti non debet, ubi electi ad gratiam dicuntur, queis solis auxi-
lii gratiæ ex absoluto Dei decreto dantur, aut ubi electio ad glo-
riam in contradistinctione ad electionem ad gratiam ex prævi-
sis meritis esse statuitur. ***

A 3

Aph. 8.

* In sylloge select. controv. disp. 19. th. 8.

** Interim, donec id fecerimus, consuli potest venerandi WEISMANNI
nostri introd. in Hist. Eccles. N. T. P. 2. p. 203. 1125.

*** Hinc sanè in diversa hîc Theologi abeunt. Cùm enim observent, di-
stinctionem hanc à Pontificiis & Remonstrantibus adhiberi cautè va-
dunt. Rejicitur itaque ea à J. A. OSIANDRO in Theol. Acroam. P. 3.
p. 199. & Colleg. Syst. P. 6. p. 103. J. A. SCHERZERO in Syst. Theol.
p. 521. & J. A. QUENSTEDIO in Syst. Theol. P. 3. 4. f. 25. a. 27. a. 61.
b. qui & allegat CORNELII JANSENII, Episcopi Iprensis Augusti-
num, ubi T. III. L. IX. C. XVI. disquirit JANSENIUS f. 394. sqq. ex
Augustino, quo pacto Scripturæ Christianos omnes electos & præ-
destinatos vocent. Scilicet JANSENII hæc sententia est, electionem
ad gratiam & ad gloriam coincidere, nec dari electionem incomple-
tam & completam, formalem & finalem. Quæ sententia non po-
test non iis omnibus familiaris esse, qui prædestinationem absolutam,
qui gratiam irresistibilem & inamissibilem statuunt. At verò distin-
ctionem istam hæctenus sano sensu adprobant quoque ABR. CALO-
VIUS in consider. Arminianismi p. 423. & nuperrimè admodum ce-
leber-

Aph. 8.

Jam verò electio ille particularis, de qua nobis jam hîc sermo est, eadem est cum prædestinatione, strictè sumtâ illâ. Electio enim & prædestinatio materialiter non differunt, etsi formalis quædam inter utramque intercedat differentia. *

Aph. 9.

Syllogismus prædestinatorius ex προθέσει, quæ est major propositio, ex προγνώσει, quæ est minor, & ex προορισμῷ consistit. Πρόθεσις est: Quicumque in Christum credent, sunt electi. Προγνώσις est: Atqui Petrus, Paulus, Johannes in Christum credit. Προορισμός est: Ergò Petrus, Paulus, Johannes est electus. **

Aph. 10.

In definitione electionis particularis, quam dedimus, cautè posuimus, objectum ejus esse credituros in Christum, quorum fides à Deo prævisa est ab æterno. Non diximus, *finaliter credituros*, sed credituros simpliciter.

Aph. 11.

leberrimus Theologus Altorfinus G. G. ZELTNERUS in breviar. Controv. cum Remonstr. agit. p. 476. 480. 486. 488.

* Scilicet prædestinatio dicit destinationem ante factam, quam electio non dicit. Prædestinatio formaliter respicit ad finem simul & media ad finem ducentia, electio saltem ad objecta. Prædestinatio nullum respicit oppositum, ast electio subinnuit aliorum præteritionem. Nolum verò, ut jam cum Socinianis & Arminianis statuas, prædestinationem ab æterno fieri, electionem in tempore, illam esse decretum indefinitum de salvandis omnibus credentibus, hanc esse executionem decreti in individuis, illam formare majorem propositionem sive πρόθεσιν, hanc conclusionem sive προορισμὸν saltem. Quæ cum ita sint, probè attendendum hîc est ad rem, ne erretur.

** Vide J. A. SCHERZERI Syst. Theol. p. 518. 519. Atqui verò hinc patet, & determinationem certarum personarum in decreto electionis factam esse ab æterno, secus ac nonnulli existimaverunt. Qui enim hoc negant, incauti in castra Socinianorum & Arminianorum labuntur.

Aph. II.

Scilicet electio & quidem ad gloriam adeoque particularis est vel formalis vel finalis. * Formalis est credentium in genere, sive ii dein in fide perseverent sive non perseverent. Finalis est finaliter credentium.

Aph. 12.

Aliâ denominatione distingui videas in electionem completam & incompletam, ** inchoatam & consummatam, *** partialem & totalem, ** ** specialem & specialissimam, in sensu stricto & strictissimo, inadæquatam & adæquatam ** ** *, revocabilem & irrevocabilem, non peremptoriam & peremptoriam *** ** *, mutabilem & immutabilem, ad fidem & ad gloriam, conditionatam & absolutam. ** ** ** *

Aph. 13.

Itane ergò statuere licet, electionis decretum mutari & revocari & ex electo fieri posse reprobum? Ita sanè est. Electio formalis est revocabilis, amissibilis, mutabilis, licet electio finalis talis non sit.

Aph. 14.

-
- * Hæc distinctio est Theologorum Tubingensium, nominatim OSIANDRI in Coll. Syst. P. 6. p. 113. b. itemque in Theol. Acroam. P. 3. p. 199.
 - ** Hanc nostris quoque Theologis tribuere videas celeberr. ZELTNERUM l. c. p. 476. Adde p. 486. 488. Sed rejicitur illa, uti ab omnibus Absolutistis, ita & ab ABR. CALOVIO in diss. de libro vitæ th. 8. J. A. SCHERZERO in Syst. Theol. p. 525. & J. A. QUENSTEDIO in Syst. Theol. P. 3. 4. f. 25. a. Nec possunt non eam rejicere, qui electionem formalem & revocabilem negant.
 - *** Vide OSIANDRI Colleg. Syst. P. 6. p. 115.
 - **** Vide SEB. SCHMIDTII diss. de phrasi Scripturæ deletionis ex libro vitæ §. 31. p. 51.
 - ***** Vide OSIANDRUM p. 123. 115.
 - *** ** Hæc Remonstrantium nota distinctio est, quæ ab omnibus jugulatur, qui electionis distinctionem in formalem & finalem rejiciunt.
 - *** ** * Eædem & Remonstrantium distinctiones sunt.

Aph. 14.

Etenim ex libro vitæ *, ex libro electorum deleri eum posse, qui à fide desciscit, ex sacris literis evidenter patet. Et plurimorum sanè eorumque longè ὁρθοδοξολάων Theologorum** hæc mens, hæc sententia est.

Aph. 15.

* Liber vitæ, qui ἀθανάτων βίβλος saltem Deo tribuitur, nihil aliud est, quam notitia electorum in Deo. *Novit Deus suos.* 2. Tim. II. 19. Inscriptio in hunc librum est electio. Ex quo ipso patet, librum istum propriè non esse Christum, qui est inscriptionis causa & fundamentum, atque hunc librum tum aperturus est, ubi electos salvabit Apoc. XIII. 8. XX. 12. XXI. 27. Hinc Christus in Formulâ Concordiæ & à veteribus Theologis καὶ ἀθανάτων βίβλος liber vitæ, non sensu Biblico, sed Ecclesiastico nuncupatur. Vide B. MEISNERUM in *Anthrop.* S. Dec. 2. disp. 15. qu. 4. p. 178. 179. ABR. CALOVIUM in *exercit. Theol. de libro vitæ th.* 4. JO. MEISNERUM in *disquis. Theol. de libro vitæ C.* 3. §. 19. sqq. & SEB. SCHMIDTIUM de phrasi scripturæ deletionis è libro vitæ, membro 2. §. 20. sqq. in *decade diss. Theol. disp. 1. p. 32. sqq.* & in *diss. Theol. de libro vitæ strictè sic dicto* §. 9. p. 18. sqq. Adde THUMMIUM de libro vitæ qu. 2. p. 25. 26.

** Unus ex omnibus procedat THEOD. THUMMIUS in tractatu de libro vitæ ex prælectionibus JO. GEORGII SIGWARTI excerpto qu. 3. membro 4. p. 46. sqq. qu. 6. p. 75. sqq. Sequantur JO. AD. OSIANDER in *Collegio Systematico P.* 6. p. 110. sqq. & in *Collegio MS. Scherzeriano Dec. XIII. qu. 7.* SEB. SCHMIDTIUS in *disputatione de phrasi Scripturæ deletionis è libro vitæ Argentorati die 4. Sept. A. 1655.* editâ & deinde *decadi dissertationum selectarum Francofurti A. 1694.* loco 1. insertâ, JO. BENED. CARPZOVIVS in *den auserlesenen Trost- und Leichen-Sprüchen n. XXII.* ubi repræsentatur *der im Himmel angeschriebene Nahme Friedrich*, p. 1311. *quibus addi adhuc possent* POL. LYSERUS, CONR. DIETERICUS, MART. GEIERUS, JOS. STEGMANNUS, JO. AFFELMANNUS, GEORG. CALIXTUS, THEOD. HACK-

Aph. 15.

Sunt autem argumenta nostra ex sacris literis depromta hæc, quæ à TH. THUMMIO mutuabimur. Et primò quidem probat ille, non solos finaliter credentes sed omnes quocunque fideles, etiam *προσκαίρως*, libro vitæ esse inscriptos. I. ex Exod. XXXII. 32. 33. Pl. LXIX. 29. Jef. IV. 3. Jer. XVII. 13. Ezech. XIII. 9. Dan. XII. 1. Luc. X. 20. Phil. IV. 3. Apoc. III. 5. XIII. 8. XVII. 8. XX. 12. XXI. 27. XXII. 19. queis locis addit II. hunc Syllogismum: Quicumque sunt 1. in infantia baptizati, 2. ad vitam æternam ordinati, 3. à Patre Christo dati, 4. in fœdus Dei recepti, 5. ex gratiâ adoptati, 6. filii Dei facti, 7. ad Deum conversi, 8. coram Deo justificati, 9. à Spiritu S. regenerati, 10. è mundo segregati, 11. à peccatis mundati, 12. Spiritu S. donati, 13. hæredes Dei & cohæredes Christi designati, 14. pla-

B

14. pla-

HACKSPANIUS, alii, quorum loca citare non vacat. Nec tamen diffitendum est, majorem Theologorum nostrorum partem aliam hinc viam inire. Citasse hinc sufficiat BALTH. MEISNERUM in Anthropol. S. Dec. 2. disp. 15. qu. 6. p. 187. seqq. ab OSIANDRO in Collegio Systematico refutatum, ABR. CALOV. in exerc. Theol. de libro vitæ th. 14. & 16. qui & alibi, ubi contra Socinianos & Arminianos agit, eandem tibiam inflat, JO. MEISNERUM in disquis. Theol. de libro vitæ factâque ab æterno in eundem inscriptione C 9. ut HUTTERUM, BROCHMANDUM, DANNHAWERUM, SCHERZERUM, QUENSTEDIUM aliosque infinitos taceamus, queis omnibus non possunt non frigidam suffundere Theologi Reformati, inter quos hinc eminent FRANC. TURRETTINUS, qui peculiarem exercitationem de libro vitæ edidit, quæ in decade disputationum miscellanearum disputationibus de necessariâ secessionè nostrâ ab Ecclesiâ Romanâ additâ n. 1. exstat. Quæmodum verò Reformati eorum tenent sententiam, qui ex nostris ajunt, è libro vitæ deleri neminem posse, ita è contrario Remonstrantes eorum amplectuntur mentem, qui tenent contrarium atque exinde electionis revocabilitatem eliciunt.

14. placent Deo & 15. habent jam in se vitam, illi omnes & singuli in librum vitæ inscripti sunt. Sed omnes & singuli verè credentes sunt tales. Ergò omnes & singuli verè credentes, *quatenus & quamdiu tales*, in librum vitæ inscripti sunt. III. ait THUMMIUS, omnes electos esse in librum vitæ inscriptos, at omnes credentes, quatenus & quamdiu credant, electorum nomine venire. Matth. XXII. 14. Luc. XVIII. 7. Rom. VIII. 33. 1. Cor. I. 27. Col. III. 12. 1. Thess. I. 4. 2. Thess. II. 13. Tit. I. 1. 1. Pet. I. 1. Apoc. XVII. 14. IV. ita arguit idem: Quos Deus juxta voluntatem consequentem salvos facere vult, illi sunt electi. Atqui omnes credentes 1. Cor. I. 21. Ergò. V. Rursus hunc in modum infit: Pro quibus Christus specialiter oravit, illos & elegit. Atqui pro omnibus credentibus Joh. XVII. 20. Ergò. Denique confirmat & VI. sententiam orthodoxam ex Formulâ Concordiæ, ex scriptis Lutheri, Brentii & Andreæ, itemque ex actis Huberianis. Nos bonâ lectoris pæe sequentia argumenta addimus. I. Constat, Theologos communiter existimare, durationem ad rei essentiam non pertinere. Ita sanè JO. GERHARDUS: * *Duratio non est ipsa rei essentia sed essentia continuatio.* Ita JUSTUS FEURBORNIIUS **: *Duratio est in classe adjunctorum, qua adduntur subjèctis, jam tùm ex suis causis in ESSE SUO constitutis.* Ita & J. C. DANNHAWERUS, *** qui verba SIGWARTI nostri **** allegat, ita rinnientia: *Perseverando non efficitur alii, quàm qui jam ante sumus, sed tantùm permanemus tales, quales sumus.* Id quod si ita est, uti re verâ ita est, perseverantia in fide finalis electos non constituit sed tantùm permanere facit, per consequens, datur electio formalis. Hinc acutissima illa sunt & judiciosissima & solidissima, quæ scribit MELCHIOR NICOLAI:

* de bonis operibus §. 137.

** in disp. de pecc. in Sp. S. C. 19. Opp. Theol. p. 1980.

*** in hodom. Calv. P. 2. p. 3313.

**** ex admon. de Irenico Parei p. 468.

COLAI: Capere non possumus, salvâ maximorum Virorum pace, quomodo perseverantia constituat electionem, qua nihil ponit, sed tantum, quod positum est, continuat.* Hinc & ipse THUMMIUS durationem rei accedere ad rem præter essentiam cautè in ipso hoc negotio observavit.** II. Nisi daretur electio formalis, nemo scire posset, se esse electum, quia nemo scire certò potest, se in fide perseveraturum. At verò omnes, qui in Christum credunt, scire possunt & sciunt, se esse electos. Hinc Apostoli fideles, ad quos scribunt, nuncupant electos, etsi omnes in fide haud perseveraverint. Hinc Paulus ait, se scire electionem Thessalonicensium, non quòd compertam habuerit eorum perseverantiam in fide sed quòd Evangelium apud ipsos fuerit non in sermone tantum sed & in virtute & in Spiritu S. & in multâ *πληροφορίᾳ* 1. Thess. I. 5. Itaque ergò propter præsentem fidei gratiam, non propter perseverantiam tribuit eis nomen electionis.*** III. Nulla est ratio, cur electorum numero excludi debeat, qui conditionem, decreto electionis inclusam implevit.*** IV. Petrus nos satagere jubet, ut certam faciamus vocationem & electionem nostram 1. Pet. I. 10. Ostendit ergò, electionem etiam penes eos esse, qui fidei gratiâ excidere possunt.***** V. Sicut non ideo non fuit in Christo, qui per incredulitatem excisus fuit è Christo, ita non ideo non fuit electus, qui incredulitatis vitio desit esse electus.*** VI. Contradictionem implicat, dicere, eum, qui actualiter credit, in catalogo reprobtorum actualiter esse & è diptychis electorum esse exclusum. Plura qui nosse volet, adeat

B 2 THUM-

* in Aphorismis compendii didactici & elenctici disp. 13. n. 83. p. 169.
 ** in Misanthropiâ Calvinisticâ p. 29.
 *** Conf. eundem NICOLAI l. c. n. 77. 78. 79. p. 168.
 **** Videatur idem l. c. n. 76.
 ***** Adde eundem l. c. n. 80. 81.
 *** Ita idem l. c. n. 86.

THUMMI Misanthropiam Calvinisticam *, ubi plurima argumenta pro electione formali adducta legi possunt. At verò & ex eo patet electio formalis, quoniam, qui à fide deficit, & è libro vitæ expungitur. Quod ita secundò probat THUMMIUS. I. afferendo loca Scripturæ Ex. XXXII. 32, 33. Psalm. LXIX. 29. Apoc. III. 5. XXII. 19. Hebr. XII. 22, 25. Dan. XII. 1. Apoc. XX. 15. Phil. IV. 3. ** II. afferendo rationes, petitas & ab exhortationibus Spiritus S. I. Cor. X. 12. Apoc. III. 11. &c. à labilitate electorum, à necessitate firmandæ electionis I. Pet. I. 10. à synonymiâ fidelium & electorum. à exemplis lapsorum & finaliter quoque lapsorum. Addit denique iterum autoritatem F. C. Actorum Huberianorum, J. Andreæ, Heerbrandi & Hunnii.

Aph. 16.

Jam, si placet, audiatur & altera pars, cujus rationes hæc sunt. I. Electio est immutabilis. *Quos predestinavit, glorificavit.* Rom. VIII. 30. *Firmum hoc est fundamentum Dei: novit Dominus suos.* 2. Tim. II. 19. II. Quibus PARATUM, non saltem promissum est regnum ab æterno, illi electione excidere nequeunt. Atqui electis. Matth. XXV. 24. I. Pet. I. 4, 5. III. Si electi perire possent, prævisio, secundum quam electi sunt, falleretur. Rom. VIII. 29. IV. Electi è manibus Christi eripi nequeunt. Joh. X. 28, 29. V. Electi seduci finaliter & perire nequeunt. Matth. XXIV. 24. VI. Qui semel inscriptus est in librum vitæ, deleri nequit, nec sanè liber vitæ licuram patitur. Dan. XII. 1. Apoc. XXI. 26. VII. Deus est immutabilis. Mal. III. 6. Num. XXIII. 19. Ergò & decretum electionis. VIII. Perseverantia, saltem prævisa, est necessarium requisitum ad electionem. Matth. XXIV. 13. Apoc. II. 10. IX. Numerus electorum certus est adeoque nec minui potest, nec augeri.

X. Electio

* p. 24. sqq. ** Adde 1, Cor. IX. 27.

X. Electio e
libro vitæ p
bi possit.
petite posse
zati fueran
quæ p
qui non est
qui est scrip
vitæ, id fier
posset, ve
neutrum
destinati
tute Dei
cet ad te
XIX. C
riam sua
profec
maximè
hæc sun

Q
verlian
hæc no
simoru
signan
calcul
abulu
decretu
ferenti
LIS
TUR
TRIE

X. Electio est ab æterno, quod esse non posset, si quis ita libro libro vitæ posset esse inscriptus, ut deleri ex illo & rursus inscribi posset. XI. Absurdum est, electum ad gloriam in æternum perire posse. XII. Apoc. XVII. 8. dicuntur ii, qui tamen baptizati fuerant, non inscripti in librum vitæ. XIII. Dona Dei sunt ἀμεταμέλητοι Rom. XI. 29. 2. Tim. II. 13. XIV. Quemadmodum, qui non est scriptus, mittitur in stagnum ignis Apoc. XX. 12. ita, qui est scriptus, certò salvatur. XV. Si quis deleri posset ex libro vitæ, id fieret, vel quia Deus veros cives à falsis haud discernere posset, vel quia eis gratiam destinata conferre nequiret. At neutrum est. XVI. Omnes electi hæreditatem, ad quam prædestinati sunt, consequuntur. Eph. I. 4. II. 14. XVII. Electi virtute Dei custodiuntur ad salutem. I. Pet. I. 25. XVIII. Judas, licet ad tempus crediderit, tamen non fuit electus Joh. XIII. 16. XIX. Christus pro electis orat, ne deficiant, & ut videant gloriam suam Luc. XXII. 32. Joh. XVII. 24. quæ precatio Christi profecò efficax est. XX. Ita credidere Patres, ita Augustinus maximè, electionem irrevocabilem & immutabilem esse. Et hæc sunt argumenta dissentientium.

Aph. 17.

Queis ita evolutis, quis, quæso, existimare posset, controversiam hanc in λογομαχίαν abire? Ast nil certius est. Non verò hæc nobis saltem sententia stat, sed eadem quoque præstantissimorum acutissimorumque Theologorum mens exstitit. Antesignanus ante cæteros prodeat MELCHIOR NICOLAI, cui calculum nemo, arbitror, denegabit. Hic ita inquit: *Qui vocabulum electionis tantum ad perseverantes in fide restringunt & decretum electionis perseverantiâ, tanquam ultimâ & specificâ differentiâ desiniunt, eos, quia DISCREPANTIBUS VOCABULIS IDEM NOBISCUM VERITATIS DOGMA TUENTUR, non redarguimus, quia DE VOCABULIS CUM FRATRIBUS NOSTRIS LITIGANDI consuetudinem non habemus.*

mus. * Eadem vestigia premit JO. WOLFGANGUS JÆGERUS, Antecessor noster, qui ita: *Nos existimamus, talem litem, quæ potius est DE VOCE, quàm DE RE, fratres dividere non debere. Exponantur candidè & ex spiritu charitatis dijudicentur tales quæstiones, tum difficilis non erit concordia.* ** Accedat adhuc tertius, JO. FECHTIUS, Theologus Rostochiensis, cujus hæc verba sunt: *Qui è nostris credentes & electos coincidere docent, ut, quàm diu homo sit credens, tam diu sit electus, quàm primum verò deserit credere, ut ex justificationis, ita & electionis gratiâ excidat, termino TANTUM electionis aliter utuntur eumque magis ampliant, IN RE IPSA AMICISSIME NOBISCUM CONSPIRANT.* Hæc FECHTIUS *** & rectè quidem. Taceo, celeberrimum ZELTNERUM, Theologum Altorfinum eruditissimum existimare, in hæc controversiâ, quatenus ea quoque cum Remonstrantibus nobis intercedit, *plus esse λογμαχίας quàm realis dissidii, si saltem cum Remonstrantibus inter electionem completam & incompletam, quæ tamen distinctio à nostris nunquam, quòd sciamus, adhibita fuit, distinguatur.* **** Quod ipsum & mox confirmat, ubi ait, *inter nostros & Remonstrantes meram ferè λογμαχίαν, quantum ad hoc, superesse.* ***** Quod ipsum tamen cum grano salis eapropter accipiendum est, quoniam Remonstrantes decretum electionis singulorum individuorum in tempore demùm fieri, ***** non ab æterno factum esse, perhibent.

Aph. 18.

* in aphor. disp. 13. n. 82. p. 168. 169.

** in compendio Theologiæ per fœdera, editione tertiâ p. 448.

*** in Sylloge controv. sel. disp. 19. n. 6.

**** Vide brev. Controv. cum Remonstr. p. 464. 488.

***** p. 482.

***** Jam verò huc referenda non est mens illorum Theologorum, qui dicunt, electionem geminam esse, æternam & temporalem. Illam esse

Aph. 18.

Ast non sufficit, quæstionem istam in numerum logomachiarum retulisse, oportet, ut, quod diximus, etiam demonstremus. Non autem est, quòd jam distinctiones Remonstrantium supra allatas nostras faciamus, & electionem incompletam & completam, non peremptoriam & peremptoriam, ad gratiam & ad gloriam &, quæ ejusmodi sunt, in scenam reducamus.

esse decreti, hanc executionis. Propius Remonstrantibus accedunt illi, ubi negant, definitas & individuas personas ab æterno electas & in librum vitæ inscriptas esse, cum hæc electio, hæc inscriptio saltem in tempore fiat per verbum, sacramenta, fidem. Vide THUMMIUM de libro vitæ qu. 4. & OSIANDRUM in Coll. Syst. P. 6. p. 112. a. 116. a. Jam verò ita nemo dicere posset, se ab æterno esse electum. Matth. XXV. 34. Eph. I. 4. 2. Theff. II. 13. 2. Tim. I. 9. Ita non posset dici Syllogismus prædestinatorius ab æterno factus, qui majorem universalem in conclusione ad individua applicat. Ita προερισμός ab æterno non daretur. Ita electio non esset ἡ πρόγνωσις. Rom. VIII. 29. 1. Pet. I. 1. 2. Ita nomina nostra individualia non essent scripta à foundatione mundi in libro vitæ, cui suos individualiter tales inscripsit Deus. Ex. XXXII. 32. Dan. XII. 1. Luc. X. 20. Phil. IV. 3. Hebr. XII. 23. Apoc. III. 5. XVII. 8. XX. 15. XXI. 27. XXI. 19. Ita nulla daretur electio particularis, personalis illa, ab æterno, sed saltem electio vaga, licet ad credentes restricta. Ita numerus electorum ab æterno non fuisset definitus, nec scivisset ab æterno Deus, quos elegisset. Joh. XIII. 18. Ita nulla quoque daretur reprobatio ab æterno. Matth. XXV. 41. Jud. 4. Act. XIII. 8. Ut taceam, electionem illam vagam & indefinitam esse non-electionem, quia nulla singularis persona per eam ordinatur ad salutem sed tantum modus perveniendi ad salutem ostenditur & præscribitur. Vide CALOVII Confid. Armin. C. 18. qu. 1. p. 415. seqq. SCHERZERI Colleg. Anti-Socin. disp. 85. p. 746. 747. & Syst. Theol. loco 18. §. 5. 10. ZELTNERI brev. controv. cum Remonstr. Controv. 42. p. 464. seqq. & vel maximè OSIANDRI Theol. acroam. P. 3. art. 18. §. 14. p. 185. ubi & hic electionem illam vagam & indefinitam rejicit.

mus. Nec est quoque, quòd inter librum gratiæ & librum gloriæ, inter deletionem negativam & privativam, (quæ distinctio nobis prorsus contraria foret,) καὶ ἀλήθειαν & κατὰ δόξαν, secundùm quid & absolutam sive simplicem, inscriptionem sive electionem æternam & temporalem, quarum prior, quæ electionis decretum sit, immutabilis, posterior mutabilis sit, * distinguamus. Malumus cum SEB. SCHMIDTIO inter librum vitæ latè & strictè sic dictum ** & inscriptionem partialem & totalem ***, & cum Theologis Tubingensibus inter electionem generalem, specialem & specialissimam, formalem & finalem distinguere. Et verò, hanc qui distinctionem tenuerit probè, facilè hic omnes nebulas diffundit. Scilicet electio formalis & κατὰ ipsam Dei πρόνοιαν mutabilis est, etsi infallibilis & certa, etsi æterna, etsi determinata sit. Secus electio finalis, quæ prorsus immutabilis & irrevocabilis est. Ita electi formaliter electione finali excidere possunt, secus electi finaliter. Nihilominùs fundamentum electionis formalis firmissimum est, infallibilis nempe fidei prævisio. Nec mutatur hîc Deus sed mutantur saltem objecta, uti non mutatur Deus, quando voluntate antecedente omnes vult salvos, consequente maximam partem damnat. Nec fallitur hîc prævisio, cum, quousque duratura sit uniuscujusque fides, Deus ab æterno præviderit, & juxta hanc prævisionem vel formaliter vel finaliter ab æterno eligat.

- * Ita verò habent LEONH. HUTTERUS in loc. comm. f. 809. 810. & TH. THUMMIUS de libro vitæ qu. 4. licet diverso uterque sensu, cum THUMMIUS dicat, inscriptionem æternam ad individua non esse determinatam, quod tamen affirmat HUTTERUS. Rejecit verò hanc distinctionem S. SCHMIDT de phrasi delet. ex libro vitæ §. 31. sqq.
- ** Hinc idem edidit quoque dissertationem *de libro vitæ strictè sic dicto*, quæ Argentorati A. 1674. prodit.
- *** Vide diss. de phrasi Scripturæ deletionis è libro vitæ §. 31. p. 51. Dum verò monet SCHMIDIUS, inscriptionem ab æterno factam esse sed deletionem fieri in tempore §. 29. p. 46. 47. existimat, deletionem non ipsam reprobationem sed ejus saltem executionem esse.

gar. Et qui semel in scriptus est in librum vitæ inscriptione finali & totali, deleri nunquam potest, etsi deleri is possit, qui formaliter & partialiter saltem in scriptus est. Nec litura hîc metuenda, cùm emblematica saltem & metaphorica ista in sacris literis repræsentatio sit. Et sic ad extera quoque argumenta solvenda eadem semper adhibetur limitatio. Scilicet catalogus fidelium est liber vitæ & liber electorum, & fideles atque electi sunt synonyma Biblica, uti loca supra adducta ostendunt.

Aph. 19.

Non verò solæ istæ sunt logomachia, quæ in loco de electione occurrunt. Jam enim & hûc referendas illas quæstiones esse: An prædestinatio sit genus & electio species, an Christus, an Angeli quoque sint prædestinati & electi, vel ex eo patet, quod lata vel stricta, hæc vel illa acceptio termini mox litem difflar. Tacemus alias adhuc logomachias, quas suo tempore evolvemus.

Aph. 20.

Quando sunt ex Theologis, qui existimant, fidem esse causam prædestinationis impulsivam, electionem fieri *ob* vel *propter* fidem prævisam, dari causam electionis efficientem ac moventem formaliter talem, fidem causam instrumentalem electionis esse, aliis negantibus & statuentibus, fidem esse saltem rationem à priori, causam impulsivam virtutalem, minùs principalem, instrumentalem moralem, & *intuitu* fidei prævisæ prævio vel *ex* fide prævisâ electionem factam esse, aut fidem esse saltem conditionem electionis vel electorum vel partem ordinis prædestinatorii, consensus IN RE est & dissensus in VERBIS. Non opus est, hos in scirpo nodos quarere & movere mare istud metaphysicum. Depurentur saltem & sublimentur & sanctificentur termini subtilitasque metaphysica sanctæ fidei simplicitati cedat. Nec sanè ancillæ concedendum, ut sesquipedalibus terminis Dominæ ideas cerebrumque confundat.

Aph. 21.

Cæteròquin id verissimum est I. decreta in Deo non esse actus in voluntate Dei elicitos & realiter productos adeoque causatum quid & finitum & dependens, ita enim statuerentur accidentia in Deo, quod *à 707* est. II. propriè in Deo nullum dari decretorum ordinem. In Deo enim neque datur prius nec posterius. Concipi tamen debet à nobis decretorum divinorum ordo propter imperfectionem intellectûs nostri, qui omnia simul & uno ictu comprehendere haud valet, atque ita concipi, uti nobis in sacris literis repræsentatur.

Aph. 22.

Etsi aliquando scripserit LEIBNITIUS * atque etiam in Theodicæâ ** affirmaverit, controversiam inter nos & Reformatos de universalitate gratiæ, si rectè

C

* Vide celeberrimi TURRETTINI nubem testium in præf. p. XV. XVI.

** Evolve Theodicæam §. 80. & 282.

excu.

excitatur & inflectatur, magis de re, quam de verbis esse, ipse tamen mox controverfiam de auxiliis gratiæ excipit atque illud ipfum *hypotheticè* faltem * affirmat, imò & alibi particularifmum datâ operâ & multâ cum emphafi refutat. **

Aph. 23.

Etfi Reformati, etiam infralapsarii voluntatem figni, præcepti, *euangelicæ*, revelatam, *** quæ cum voluntate antecedente componi tantisper poffet, feriam atque univerfalem dicant, atque affirmant, Deum nolle mortem peccatoris, fed velle, ut falventur omnes & vivant, & voluntatem faltem beneplaciti, decreti, *euodæcicæ*, arcanam, quæ nobis confequens eft, particularem effe ajant, etfi & velleitatem *** in Deo omnes falvandi, fi omnes crederent, fubinde ftatuunt, tamen à nobis realiffimè adhuc diffident. Nec negari tamen poteft, ita & Infralapsarios fenfim fenfimque fibi viam ad plenam univerfalitatis agnitionem laudabili inflituito ftercere.

Aph. 24.

LEIBNITIUS, ubi voluntatem Dei antecedentem *inclinatorem* nuncupat & confequenti *decretoria* contradiftinguit, dicit id, quod & ante ipfum JO. MUSAËUS dixit. **** Nec tamen dici poteft, quòd diftinctionem illam fecundùm mentem Theologorum noftrorum tradat, cum fuo fystemati harmonico eam penitus accommodet, Theologis ignoto *****.

* in Theodic. §. 80. ** in caufâ Dei assertâ per iustitiam ejus §. 123. fqq.

*** Confer hic omninò THUMMII fynopfium doctrinæ de æternâ prædeltinatione p. 15. fqq. CALOVII Syft. Theol. T. 7. p. 21. fqq. & de perfonâ Chrifli p. 503. feqq. HOLZFUSII tract. de prædeltinatione paffim & STRIMESII Charitologiam fubl. 1. p. 332. fqq. fubl. 3. p. 68. fqq.

**** Velleitas eft ea voluntatis difpofitio, quâ aliquis velle, fi poffet, & velle poffe. Id quod in Deum propriè non cadit. Hanc velleitatem inter alia proferibit quoque Formula Confenfûs Helvetica, nuper in fecnam reducta, Amyraldifmo, hoc eft, Univerfalifmo hypothetico oppofita.

***** de æterno electionis decreto p. 203.

***** Vide Theodicam §. 22. 23. 80. 115. 119. 282. & caufam Dei assertam §. 23. fqq.

COROLLARIUM.

Ubi proximè de cælo beatorum difputaturi fumus, præmittimus effatum hoc LEIBNITIANUM *, quod, dum priora ifta evolvimus, oculis noftris obviavit: *Tellus noftra non eft nifi fatelles unius folis & tot funt foles, quot ftellæ fixæ, & credibile eft, maximum effe fpacium trans omnes fixas. Itaque nihil prohibet, vel foles vel maximè regionem trans foles habitari felicibus creaturis. Quanquam & planetæ effe poffint aut fieri ad inflar Paradifi felices. In domo Patris noftri multas effe mansiones, de cælo beatorum propriè Chriflus dixit, quod empyreum vocant Theologi quidam & trans fidera feu foles collocant, effi nihil certi de loco beatorum affirmari poffit. Interim & in fpectabili mundo multas creaturarum rationalium habitationes effe verifimile judicari poteft, alias aliis feliciores. Et hoc quidem funt, qui probare conentur ex Nehem. IX. 6. Itane ergò non ineprum eft, ftatuere Selenitas & Paradifi fitum effe in alto, quod multi veteres ftatuverunt? At fit ita, ftellas habitari à creaturis. Unde hoc probatur, creaturas illas effe felices & nulla peccata, nulla malafitos orbes inquinare? Certè aliter ante hos ferè decem annos fenfic SWINDENIUS Anglus, qui infernum in fole pofuit, Judæorum hæc adoptatâ fententiâ. Sed iftam quidem de quot ftellis, tor habitabilibus orbibus conjecturam orbi erudito latius enatrare, qui confuli poffunt, HUGENIUS & FONTENELLIUS.*

* in caufâ Dei assertâ §. 58.

Fr. Edm.

St. Maria

St. Michael

St. Johannes

St. Peter

St. Paulus

St. Agathe

St. Barbara

St. Ursula

St. Katherina

St. Margarethe

St. Elisabeth

St. Anna

St. Mariae Hülfe

St. Wendelin

St. Vitus

St. Gallus

St. Leonhard

St. Eusebius

St. Severin

St. Apollonia

St. Kyrikus

St. Iohannis

St. Petrus

I, A

